

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber tertius.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA-
RONIS AENEIDOS

Liber tertius.



Ostquam res Asia Priamiq;
euertere gentem
Immeritam visum superis,
ceciduq; supertum
Ilium, & omnis humo su-
mat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas
querere terras,

Augury agimur diuini: classemq; sub ipsa
Antandro, & Phrygia molimur montibus Ida,
Incerti quò fata ferant, vbi sistere detur:
Contrahimurq; viros. Vix prima inceperat aëtas,
Et pater Anchises dare fati vela iubebat.
Littora tum patria lacrymans, portuq; relinquo,
Et campos, vbi Troia fuit. feror exul in alium
Cum socijs, natoq; penatibus, & magnis dijs.
Terra procul vastis colitur Mauortia campis,
(Thrace arant) acri quondam regnata Lycurgos
Hospitum antiquum Troia, socij q; penates,
Dum fortuna fuit. feror huc, & litore curue
Mœnia prima loco, fati ingressus iniquis:
Aeneadaq; meo nomen de nomine singo.

SACTA

Sacra Dionea matri, diuisq; ferebam
 Auspiciis ceptorum operum : superoq; nitentem
 Coelicolum regi mactabam in litore taurum.
 Fortè fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
 Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
 Accessi, viridemq; ab humo conuellere syluam
 Conatus, ramis tegerem vi frondentibus aras:
 Horrendum, & dictu video mirabile monstrum.
 Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
 Vellitur, huic atro liquuntur sanguine gutta,
 Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
 Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
 Rursus & alterius lentum conuellere vimen
 Insequor, & causas penitus tentare latentis:
 Alter & alterius sequitur de cortice sanguis.
 Multa mouens animo, Nymphas venerabar agrestis
 Graduumq; patrem, Geticis qui praesidet arui,
 Ritè secundarent visus, omeng; leuarent.
 Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
 Aggredior, genibusq; aduerse obluctor arena:
 (Eloquar, an fileam?) gemitus lacrymabilis imi
 Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures:
 Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,
 Parce pius scelerare manus. non me tibi Troia
 Externum tulit: haud cruor hic de stipite manat.
 Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
 Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texti
 Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
 Tum verò ancipiti mentem formidine pressus

Obstus

Obstupui: steteruntq; comae, & vox faucibus haesit.
 Hunc Polydorū auri quondam cum pondere magno
 Infelix Priamus furum mar dārat alendum
 Threicio regi: cum iam dissideret armis
 Dardania, cingiq; urbem obsidione videret.
 Ille, ut opes fracta Teucrum, & fortuna recessit,
 Res Agamemnonias, victriciaq; arma secutus,
 Fas omne abrumpit: Polydorum obruncat, & auro
 Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogit
 Auri sacra fames! postquam paupor ossa reliquit,
 Delectos populi ad proceres, primumq; parentem
 Monstra delūm refero: & quae sit sententia, posco.
 Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
 Linquere pollutū hospitium, & dare clasibus Austros.
 Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
 Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aera,
 Ceruleus mœsta vittis, atraq; cupresso:
 Et circum Iliades crinem de more soluta.
 Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
 Sanguinis & sacri pateras: animamq; sepulcro
 Condimus, & magna supremum voce ciemus.
 Inde ubi prima fides pelago, placataq; venti
 Dant maria, & lenis crepitans vocat Auster in altū:
 Deducunt socij naues, & littora complent.
 Prouehimur portu, terraq; vrbesq; recedunt.
 Sacra mari colitur medio gratissima tellus
 Nereidum matri, & Neptuno Aegao:
 Quam pius Arcitenens, oras & littora circum
 Errantem, Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit,

Immotamq; coli dedit, & contemnere ventos.
 Huc feror : hæc fessos tuto placidissima portu
 Accipit : egressi veneramur Apollinis urbem.
 Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos
 Vittis & sacra redimitus tempora lauro,
 Occurrit : veterem Anchisen agnoscit amicum.
 Iungimus hospitio dexterar, & tecta subimus.
 Templâ dei saxo venerabar structa vetusto :
 Da propriam Thymbrae domum : da mœnia fessis
 Et genus, & mansuram urbem : serua altera Troia
 Pergama, reliquias Danaûm, atq; immittis Achillem.
 Quem sequimur? quôue ire iubet? vbi ponere sedem?
 Da pater augurium, atq; animis illabere nostrum.
 Vix ea fatus eram : tremere omnia visa repente,
 Liminaq; laurusq; dei, torusq; moueri
 Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
 Submissi petimus terram, & vox fertur ad aures:
 Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
 Prima tulit tellus, eadem vos vberè lato
 Accipiet reduces : antiquam exquirite matrem.
 Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
 Et nati natorum, & quæ nascentur ab illis.
 Hæc Phœbus : mistoq; ingens exorta tumultu
 Læticia, & cuncti, quæ sint ea mœnia, querunt.
 Quod Phœbus vocet errantes, iubeatq; reuerti.
 Tum genitor, veterum voluens monumenta virorum
 Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras.
 Creta Iouis magni medio iacet insula ponto :
 Mons Idaeus vbi, & gentis cunabula nostra.

Centum vrbes habitant magnas, vberima regna.
 Maximus vnde pater (si ritè audita recorder)
 Teucrus Rhœteas primum est aduectus ad oras,
 Optauitq; locum regno, nondum Ilium, & arces
 Pergameæ steterant: habitabant vallibus imis.
 Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiq; ara,
 Idaumq; nemus: hinc fida silentia sacris:
 Et iuncti currum domina subièrè leones.
 Ergo agite, & diuùm ducunt quâ iussa sequamur?
 Placemus ventos, & Gnosia regna petamus.
 Nec longo distant cursu, (modò Iuppiter absit)
 Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
 Sic factus, meritos aris mactauit honores:
 Taurum Neptuno, taurum tibi pulcer Apollo:
 Nigram Hyemi pecudem, Zephyrus felicibus albam.
 Fama volat, pulsum regnis celsisse paternis
 Idomeneâ ducem, desertaq; litora Cretæ,
 Hoste vacare domos, sedesq; astare relictas.
 Linquimus Ortygia portus, pelagoq; volamus:
 Bacchatamq; iugis Naxon, viridemq; Donyfam,
 Olearon, niueamq; Paron, sparsaq; per æquor
 Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
 Nauticus exoritur vario certamine clamor:
 Hortantur socij, Cretam, proauosq; petamus.
 Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
 Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
 Ergo audis muros optata molior vrbus,
 Pergameamq; voco: & leram cognomine gentem
 Horror amare focos, arcemq; attollere tectis.

Iamq; serè sicco subducta littore puppes :
 Connubijs, aruisq; nouis operata iuuentus :
 Iura, domosq; dabam : subito cum tabida membra,
 Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit
 Arboribusq; satiq; lues, & lethifer annus.
 Linquebant dulces animas, aut agra trahabant
 Corpora. tum steriles exurere Sirius agros :
 Arebant herba, & victum seges agra negabat.
 Rursus ad oraculum Ortygia, Phœbumq; remem-
 Hortatur pater ire mari, veniamq; precari :
 Quem seſus finem rebus ferat, vnde laborum
 Tentare auxilium iubeat, quod vertere cursus.
 Nox erat, & terris animalia somnus habebat :
 Effigies sacra diuûm, Phrygiq; penates,
 Quos mecum à Troia, medijsq; ex ignibus vrbs
 Extuleram : visi ante oculos aſtare iacentis
 In ſomnis, multo manifesti lumine, quâ se
 Plena per insertas fundebat luna fenestras.
 Tum sic affari, & curas his demere dictis :
 Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
 Hic canit : & tua nos en vltro ad limina mittit.
 Nos te, Dardania incensa, tuaq; arma secuti :
 Nos tumidum sub te permensi claſibus æquor :
 Idem venturos tollemus in aſtra nepotes,
 Imperiumq; vrbi dabimus : tu mœnia magnis
 Magna para, longumq; fuga ne linque laborem.
 Mutanda ſedes : non hæc tibi littora ſuaſit
 Delius, aut Creta inſit conſidere Apollo.
 Eſt locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt :

Terra

Terra antiqua, potens armis, atq; vberè gleba.
Oenotriq; coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem:
Hæ nobis propria sedes, hinc Dardanus ortus,
Iasusq; pater, genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hac lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer. Coritum, terrasq; require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus visis, ac voce decorum,
(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vultus.
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendog; supinas
Ad cælum cum voce manus: & munera libo
Intemerata facis. perfectò lætus honore
Anchisen facio certum, remq; ordine pando.
Agnovit prolem ambiguam, geminosq; parentis:
Seq; nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fati,
Sola mihi tales casus Cassandra canebar.
(Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro,
Et sepe Hesperiam, sæpe Italia regna vocare)
Sed quis ad Hesperia venturos littora Teucros
Crederet? aut quem tum vates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait: & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, vastumq; cava trabe currimus aquor.
Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius vlla

Apparent terra: cælum vndiq; , & vndiq; pontus
 Tum mihi cœruleus supra caput astuit imber,
 Noctē hyemēq; ferens : & inherruit vnda tenebris
 Continuo venti voluunt mare, magnaq; surgunt
 Aequora : dispersi iactamur gurgite vasto.
 Inuoluere diem nymbi, & nox humida cælum
 Abstulit : ingeminant abruptis nubibus ignes,
 Excutimur cursu , & cæcis erramus in vndis.
 Ipse diem noctemq; negat discernere cælo,
 Nec meminisse via media Palinurus in vnda.
 Treis adeo incertos cæca caligine soles
 Erramus pelago, totidem sine fidere noctes.
 Quarto terra die primum se attollere tandem
 Visa : aperire procul montes, ac voluere summum.
 Vela cadunt, remis insurgimus : haud mora, nautæ
 Annixi torquent spumas, & cœrula verrunt.
 Seruatam ex vndis Strophadum me littora prima
 Accipiunt. Strophades Græto stant nomine dista
 Insula, Ionio in magno : quas dira Celæno,
 Harpyiæq; colunt alia : Phineia postquam
 Clausa domus, mensæq; metu liquere priores.
 Tristius haud illis monstrum, nec sauior vlla
 Pests, & ira deum Strygijs sese extulit vndis.
 Virginei volucrum vultus, sedisima ventris
 Proluuiæ, vncæq; manus, & pallida semper
 Ora fame.
 Huc ubi delati portus intrauimus : ecce,
 Leta bouum pasum campis armenta videmus,
 Caprigenumq; pecus, nullo custode, per herbam.

Irruimus

Inuimus ferro, & diuos, ipsumq; vocamus
In prædam pariemq; louem, tunc litore curuo
Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.
At subito horrefico lapsu de montibus assunt,
Harpyie, & magnis quatunt clangoribus alas:
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Imundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo, sub rupe cauata,
Arboribus clausi circum, atq; horrentibus vmbria,
Instruimus mensas, araq; reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cœli, cœcisq; latebris,
Turba sonans prædam pedibus circumuolat undis:
Polluit ore dapes. socijs tunc arma capeffant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus, ac iussi, faciunt, testosq; per herbas
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapsa sonitum per curua dedere
Littora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cano: inuadunt socij, & noua prœlia tentant,
Obsœnas palagi ferro fœdare volucres.
Sed neq; vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celeriq; fuga sub sidera lapsa,
Semefam prædam, & vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa confedit rupe Celano,
Infelix vates, rupiq; hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde bouum, stratuq; iuuentis
Laomedontiada, bellumq; inferre paratis?
Et patrio insontis Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hac mea figite dicta:

N

Qua

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
 Prædixit: vobis Furiarum ego maxima pando:
 Italiam cursu peritis, ventusq; vocatis:
 Ibitis Italiam, portusq; intrare licebit.
 Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem,
 Quàm vos dira fames, nostraq; iniuria cadu,
 Ambesas subigat malis absumere mensas.
 Dixit, & in syluam pennæ ablata refugit.
 At socijs subita gelidus formidine sanguis
 Dirigit: cecidère animi: nec tam amplius armis.
 Sed votis precibusq; iubent exposcere pacem:
 Siue dea, seu sint dira obscœnæq; volucres.
 Et pater Anchises passus de littore palmis,
 Numina magna vocat, meritosq; indicit honori.
 Dî prohibete minas: dî talem auertite casum,
 Et placidi seruate pios. tum littore funem
 Diripere, excussosq; iubet laxare rudentes.
 Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis,
 Quæ cursum ventusq; gubernatorq; vocabant.
 Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
 Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxa:
 Effugimus Ithaca scopulos, Laërtia regna:
 Et terram altricem saui execramur Ulysis.
 Mox & Leucata nimboſa cacumina montis,
 Et formidatus nautis aperitur Apollo.
 Hunc petimus fessi, & parua succedimus urbi.
 Ancora de prora iacitur, stant littore puppes.
 Ergo insperata tandem tellure potiti,
 Lastramurq; Ioui, votisq; incendimus aras,

Actiaq;

Aliāq; Iliacis celebramus littora ludis.
 Exercent patrias oleo labente palastras
 Nudati socij. iunat euasisse tot vrbes
 Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.
 Interea magnum sol circumuoluitur annum:
 Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
 Aeri cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
 Posibus aduersis figo, & rem carmine signo:
 Aenas hac de Danais victoribus arma.
 Linquere tum portas iubeo, & considere transtris.
 Certatim socij feriant mare, & equora verrunt.
 Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
 Littoraq; Epeiri legimus, portuq; subimus
 Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.
 Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
 Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
 Coniugio Acacida Pyrrhi, sceptrusq; potitum,
 Et patrio Andromachen iterum cecisse marito.
 Obstupui: miroq; incensum pectus amore
 Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
 Progredior portu, classes & littora linquens.
 Solenneis tum fortè dapes, & tristia dona,
 Ante urbem in luco, falsi Simoënsis ad vndam,
 Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
 Hectoreum ad tumulum: viridi quē cespitem inanem,
 Et geminas, caussam lacrymis, sacrauerat aras.
 Ut me conspexit venientem, & Troia circum
 Arma amens vidit, magnū exterrita monstros,
 Dirigit visu in medio: calor ossa reliquit.

N

s

Labi-

Labitur, & longo vix tandem tempore satur:
 Verane te facies, verus mihi nuncius affers,
 Nate dea? viuisne: aut, si lux alma recessit,
 Hector ubi est? dixit lacrymasq; effudit, & omnia
 Implevit clamore locum. vix pauca furenti
 Subycio, & raris turbatus vocibus hisco:
 Vno equidem, vitamq; extrema per omnia duc.
 Ne dubita: nam vera vides.
 Heu quis te casus deiecitam coninge tanto
 Excipit? aut quae digna satū fortuna reuisti?
 Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia serua!
 Deiecit vultum, & demissa voce locuta est:
 O felix vna ante alias Priameia virgo,
 Hostilem ad tumultum Troia sub mœnibus alio
 Iussa meri: quae sortitus non pertulit vllus,
 Nec victoris heri recigit captiua cubile.
 Nos, patria incensa, diuersa per aquora vecta,
 Stirpis Achillea fastus, iuuenemq; superbū
 Seruitio enixa tulimus: qui deinde secutus
 Ledaeam Hermionen, Lacedaemoniosq; Hymenaeū
 Me famulam, famuloq; Heleno transmisit habenda
 Ast illum, erepta inagno inflammatus amore
 Coniugio, & scelerum furij agitatū Orestes,
 Excipit incautum, patriasq; obruncat ad aras.
 Morte Neoptolemi, regnorum reddita cedit
 Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
 Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit:
 Pergamaq;, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
 Sed ubi qui cursum venti, quae fata dedere?

Aut quis te ignarum nostris deus appulsi oris?
Quid puer Aescanius? superatne, & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.
Ecce iam puero est amisse cura parentis?
Ecquid in antiquam virtutem animosq; viriles?
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lacrymans, longosq; ciebat
Incaustum sletus: cum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert:
Agnoscatq; suos, latusq; ad mœnia ducit:
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo, & paruiam Troiam, simulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine ruum
Agnosco, Scæaq; amplector limina porta.
Nec non & Teucris socia simul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulæ in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus: paterasq; tenebant.
Iamq; dies, alterq; dies processit, & aura
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus Austro.
Hu vatem aggredior dictus, ac talia quaeso:
Troïgena, interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarj lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, ac prapetis omina pennæ:
Fare age, (namq; omnē cursum mihi prospera dixi
Religio, & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum, dictuq; nefas Harpyia Celeno
Prodigium canit, & tristes denunciat iras,

Obsta-

Obscenamq; famem) quæ prima pericula vito,
 Quidne sequens, tantos possum superare labores.
 Hic Helenus, castis primùm de mare iuuentis,
 Exorat pacem diuùm, virtusque resoluit
 Sacratæ capitis : meq; ad tua limina, Phœbe,
 Ipse manu multo suspensum numine ducit.
 Atq; hæc deinde caput diuino ex ore sacerdos :
 Nate dea, (nam te maioribus ire per altum
 Auspicjs, manifesta fides : sic fata Deùm rex
 Sortitur, voluitq; vices : is vertitur ordo)
 Pauca tibi è multis, quò tutior hospita lustræ
 Aequora, & Ausonio possis considerare portu,
 Expediam dictis : prohibent nam cætera Parca
 Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.
 Principiò Italiam, quam tu iam rere propinquam,
 Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
 Longa procul longis via diuidit inuicta terris.
 Antè & Trinacria lentandus remus in vnda,
 Et salis Ausonij lustrandum nauibus aquor,
 Inferniq; lacus, Aëæq; insula Circes :
 Quàm tuta possis vrbe[m] componere terra:
 Signa tibi dicam : tu condita mente teneto.
 Cum tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,
 Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
 Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
 Alba, solo recubans, albi circum vbera nati :
 Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
 Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
 Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.

Hæc autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima qua nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Nariçij posuerunt mœnia Locri:
Et Salentinis obsedit militie campos
Lyæus Idomeneus: hinc illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixæ Petilia muro.
Quin, vbi transinisse steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in litore solues:
Purpureo velare comas adopertus amictu:
Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turber.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hæc casti maneant in religionem nepotes.
At, vbi digressum Sicula te admonerit ora
Ventus, & angustæ rarefcent claustra Pelori:
Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge litus, & vndas.
Hæc loca, vi quondam & vasta conuulsa ruina,
(Tantum cui longinqua valet mutare vetustas)
Disiluisse ferunt, cum protinus vtraq; tellus
Vna foret: venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit: aruaq; & vrbes
Litore diductas, angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, læuam implacata Charybdæ
Obsidet, atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusq; sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris

Ora

Ora exertantem, & naueis in saxa trahentem.
 Prima, hominis facies, & pulcro pectore virgo
 Pube tenuis: postrema, immani corpore Pistrix,
 Delphinum caudas vtero commissa luporum.
 Praestat Trinacrij metas lustrare Pachyni
 Cessantem, longos & circumflectere cursus:
 Quam semel informem vasto vidisse sub antro
 Scyllam, & cœruleis canibus resonantia saxa.
 Præterea, si qua est Heleno prudentia, vati
 Si qua fides, animum si veris implet Apollo:
 Vnum illud tibi, nate dea, præq; omnibus vnum
 Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; moniti.
 Iunonis magna primum prece numen adera,
 Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
 Supplicibus supera donis. sic deniq; victor
 Trinacria fines Italos mittere relicta.
 Huc vbi delatus, Cumæam accesseris urbem,
 Diuinosaq; lacus, & Auerna sonantia syluis,
 Insanam vatem aspicias, quæ rupe sub ima
 Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat.
 Quæcumq; in folijs descripsit carmina virgo,
 Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
 Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
 Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
 Impulit, & teneras turbauit ianua frondes:
 Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
 Nec renocare situs, aut iungere carmina curat.
 Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibylla.
 Hic tibi ne qua mora fuerint dispendia tanti,

(Quam

(Quamuis increpitent socij, & vi cursus in altum
Tela vocet, posuq; sinus implere secundos)
Quin adeas vatem, precibusq; oracula poscas
Ipsa canat, vocemq; volens atq; ora resoluat.
Illa tibi Italia populos, venturaq; bella,
Et quo queng; modo fugiasq; serasq; laborem.
Expedit, cursusq; dabit venerata secundos.
Hac sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentem factis fer ad athera Troiæ.
Qua postquam vates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro grauiæ, sectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri: stipatq; carinis
Ingens argentum, Dodoneosq; lebetas,
Loricam consertam hamis, auroq; trilicem,
Et conum insignis galea, cristasq; comanteis,
Arma Neoptolemi: sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additq; duces.
Remigium supplet: socios simul instruit armis.
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
Quem Phœbi interpretis multo compellat honores
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,
Cura Deum, bis Pergamæis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausonia tellus: hanc arripe velis.
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:
Ausonia pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ô felix nati pietate, quid vltra
Prouehor? & fando surgentis demoror Austros?
Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert

Fert picturatas auri subteguine vestes,
 Et Phrygiâ Ascanio chlamydem : nec cedit honor
 Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur :
 Accipe & hæc, manuū tibi qua monumenta meæ
 Sint puer, & longū Andromaches testentur amor.
 Coniugis Hecorea : cape dona extrema tuorum,
 O mihi sola mei super Astyanactis imago.
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat :
 Et nunc equali tecum pubesceret æuo.
 Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis :
 Viuite felices, quibus est fortuna peracta
 Iam sua : nos alia ex alijs in fata vocamur.
 Vobis parva quies, nullum maris æquor arandum
 Arua neq; Ausonia semper cedentia retro,
 Querenda. effigiem Xanthi, Troiamq; videtū,
 Quam vestra fecere manus : melioribus, opto,
 Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
 Si quando Tybrim, vicinaq; Tybridis arua
 Intrâro, gentiq; mea data mœnia cernam :
 Cognatasq; vrbes olim, populosq; propinquos
 Epeiro : Hesperia, quibus idem Dardanus autor,
 Atq; idem casus, vnam faciemus viramque
 Troiam animis : maneat nostros ea cura nepotū.
 Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta :
 Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimus vidis.
 Sol ruit interea, & montes vmbraantur opaci.
 Sternimur optata gremio telluris ad vnam
 Sortiti remos, passimq; in litore sicco
 Corpora curamus : fessos sopor irrigat artus.

Nec dum orbem medium nox horis acta subibat :
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atq; auribus aëra captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo :
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones,
Armatumq; auro circumspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cælo constare sereno,
Dat clayum è puppi signum : nos castra mouemus,
Tentamusq; viam, & velorum pandimus alas.
Iamq; rubescebat stellis aurora fugatu,
Cum procul obscuros colles, humilemq; videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates :
Italiam leto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitq; mero, diuosq; vocauit,
Stans celsa in puppi :
Dij maris, & terræ, tempestatumq; potentes,
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optata aura : portusq; patescit
Iam propior, templumq; apparet in arce Minerva.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum,
Obiecta salsa spumant aspergine cautes :
Ipse latet : gemino dimittunt brachia muro
Turriti scopuli : refugitq; à littore templum.
Quattuor hic (primū omen) equos in gramine vidi
Tondentes campum late, candore nivali.
Et pater Anchises, Bellum ô terra hospita portas.
Bello armantur equi : bellū hac armenta minantur.

O

Sed

Sed tamen ijdem olim curru succedere fueri
 Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
 Spes est pacis, ait. tum numina sancta precantur
 Palladus armifera, qua prima accepit ouantes:
 Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:
 Præceptisq; Heleni, dederat qua maxima, ritè
 Junoni Argiua iussos adolemus honores.
 Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
 Cornua velatarum obuertimus antennarum:
 Graiugenumq; domos, suspectaq; linguimus arua.
 Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
 Cernitur: attollit se diua Lacinia contrâ,
 Caulonifq; arces, & nauifragum Scylacaum.
 Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna:
 Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq; saxa
 Audimus longè, fractasq; ad littora voces:
 Exultantq; vada, atq; aestu miscentur arena.
 Et pater Anchises: Nimirum hæc illa Charybdæ:
 Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
 Eripite ô socj, pariterq; insurgite remis.
 Haud minus, ac iussi, faciunt: primusq; rudentem
 Contorsit leuas proram Palinurus ad vnda:
 Leuam cuncta cohors rebus ventisq; petiuit.
 Tollimur in cælum curuato gurgite, & ijdem
 Subducta ad manes imos descendimus vnda.
 Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
 Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.
 Interea fessos ventus cum sole reliquit,
 Ignariq; viæ, Cyclopum allabimur oris.

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse, sed horificis iuxta tonat Aetna ruinis:
Interdumq; atram prorumpit ad aethera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollitq; globos flammaram, & sidera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exastuat imo.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Urgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis:
Et fessum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trimactiam, & coelum subtexere fumo.
Noctem illam tecti filius immania monstra
Perferimus, nec, quae sonitum det causa, videmus.
Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus aethra
Siderea polus, obscuro sed nubila caelo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
Postera iamq; dies primo surgebat Eoo,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram:
Cum subito e syluis, macie confecta suprema,
Ignoti noua forma viri, miserandaq; cultu
Procedit, supplexq; manus ad littora tendit.
Respicimus: dira illuuias, immissaq; barba,
Consertum tegmen spinis: at cetera Grauius,
Et quondam patrijs ad Troiam missus in armis.
Ilique vbi Dardanos habitus, & Troia vidit
Arma procul: paulum aspectu conterritus basit,
Continuitq; gradum: mox sese ad littora praeceps

Cum fletu precibusq; tulit. Per sidera testor,
 Per superos, atq; hoc cœli spirabile lumen:
 Tollite me Teucri, quascunque abducite terras.
 Hoc sat erit. scio me Danaus è clasibus vnum,
 Et bello Iliacos fateor perisſe penates.
 Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
 Spargite me in fluctus, vastoq; immergite ponto.
 Si perco, manibus hominum perisſe iuuabit.
 Dixêrat: & genua amplexus, genibusq; volutans
 Hærebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,
 Hortamur. quæ deinde ageret fortuna, fateri.
 Ipse pater: dextram Anchises, haud multa moratus,
 Dat iuueni, atq; animum præsentî pignore firmat.
 Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:
 Sum patria ex Ithaca, comes infelicæ Vlyſſi,
 Nomine Achemenides, Troiam genitore Adamaſſi
 Paupere (mansissetq; vimam fortuna) profectus.
 Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
 Immemores socij vasto Cyclopi in antro
 Deſeruere: domus sanie, dapibusq; cruentis
 Intus opacæ, ingens: ipse arduus, altaq; pulſat
 Sidera, (dij talem terris auertite peſtem)
 Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli:
 Visceribus miserorum, & sanguine veſcitur atro.
 Vidi egomet, duo de numero cùm corpora nostro
 Preſſa manu magna, medio reſupinus in antro,
 Frangeret ad saxum, sanieq; aſperſa natarent
 Limina: vidi, atro cùm membra fluentia tabo
 Manderet, & trepidi tremarent ſub dentibus artus.

Haud

Haud impune quidem : nec talia passus Vlysses.
Oblitusque sui est Ithacus discrimine tanto.

Nam simul expletus dapibus, vinoq, sepultus,
Cervicem inflexam posuit, iacuitq, per antrum
Immensum, saniem eructans ac frustra cruento
Per somnum commissa mero : nos magna precati
Numina, sortiunq, vices, vnâ vndiq, circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar.
Et tandem læti fociorum vlciscimur umbras.
Sed fugite, ô miseri, fugite, atq, ab litore funem
Rumpite.

Nam qualis, quantusq, cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq, vbera pressat :
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgè
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam luna se cornua lumine complent,
Cum vitam in syluæ, inter deserta ferarum
Lustra domosq, traho : vastosq, ab rupe Cyclopes
Prospicio, sonitumq, pedum vocemq, tremisco.
Victum infelicem, baccas, lapidosaq, corna
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herba.
Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem
Conspexi venientem : huic me, quæcumq, fuisset,
Addixi. satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunq, absumite letho.
Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem

Pastorem Polyphemum, & littora nota petentem,
 Monstrū horrendū, informe, ingēs, cui lumē ademū.
 Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.
 Ianigera comitantur oues. ea sola voluptas,
 Solamenq; mali: de collo fistula pendet.
 Postquam altos tetigit fluctus, & ad aquora venit,
 Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,
 Dentibus infrendens, gemitu: graditurq; per aqua
 Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.
 Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
 Supplice, sic merito: tacitiq; incidere funem:
 Verrimus & proni certantibus aquora remus.
 Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torfit.
 Verū vbi nulla datur dextram affectare potestus,
 Nec potis Ionios fluctus equare sequendo,
 Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes
 Intremuere vnda, penitusq; exterrita tellus
 Italia, curuisq; immugit aetna cauernis.
 At genus ē syluis Cyclopum, & montibus altis
 Excitum ruit ad portus, & littora complet.
 Cernimus astantes nequicquam lumine toruo
 Aetneos fratres, cælo capita alta ferentes.
 Concilium horrendum: quales cū vertice celsō
 Aëria quercus, aut conifera cyparissi
 Constituerant, sylua alta Iouis, lucisue Diana.
 Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
 Excutere, & ventis intendere vela secundis.
 Contrā, iussa monēt Heleni, Scyllā atq; Charybdim,
 Inter viramq; viam lati discrimine paruo,

Ni teneant cursus, certum est dare lintea retrò.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori
Missus adest : viuo prateruehor ostia saxo
Pantagie, Megarosg, sinus, Tapsung, iacentem.
Talia monstrabat relegans errata retrorsum
Littora Achamenides, comes infelicis Vlysi.
Sicanio pratenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculus confunditur vndis.
Numina magna loci iussi veneramur: & inde
Exupero prapingue solum stagnantis Elori.
Hinc altas cautes, proiectaq, saxa Pachyni
Radimus: & fati nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul, campi, Geloi,
Immanisq, Gela, fluuij cognomine dicta.
Ardus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimùm quondam generator equorũ.
Teg, datis linquo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lilybeia cecis.
Hinc Drepani portus, & illatabilis ora
Accipit: hic pelagi tor tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis cura casusq, leuamen,
Amitto Anchisen. hic me pater optime sessum
Deferis? heu tantis nequicquam erepte periclis?
Nec vates Helenus, cum multa borrenda moneret,
Hos mihi pradiexit luctus, non dira Celano.
His labor extremus, longarum hac meta viarum.

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
Sic pater Aeneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuinum, cursuq; docebat.
Conticuit tandem, factog; hic fine quieuit.



